



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 82. Literæ Sigismundi ad Gregorium & Benedictum PP.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV. huic Concilio interfuturum, ut eo vali-
A.C. 1413. dius tam publicæ quam privatæ securi-
tati providere posset; daturum se quo-
que omnibus petituris publicæ fidei li-
teras; Pontificem etiam cum omnibus
suis Prælatis in Concilio existentibus ec-
clesiaстica immunitate plene gavisurum,
ac denique omnibus Cardinalibus, Præ-
latis, Principibus, cunctisque aliis tam
Ecclesiasticis, quam sæcularibus, quæcum-
que sibi viderentur necessaria, integrum
proponendi libertatem fore concedendam.

§. LXXXII.

*Literæ Sigismundi ad Gregorium XII.
& Benedictum XIII.*

Raynald.
ann. 1413.
n. 23.

Præterea Sigismundus Gregorium XII.
datis literis ad Concilium venire hor-
tatur, omnem eidem pollicitus securi-
tatem, atque significans, quod hanc epi-
stolam, ne forte ignorantiam obtendere
posset, ad eum direxisset, missisque hunc
in finem publicæ fidei literis itineris sui
securitati prospexisset. Attamen Grego-
rius, quamvis non nisi Carolum de Ma-
lestis Arimini Toparcham ejusque fami-
liares suæ obedientiæ adhucdum addi-
ctos numeraret, semper tamen se ve-
lut legitimum Pontificem gerebat, nec
non adversus reliquos Christi fideles bruta-

vibra-

vibrabat fulmina, eosque pro schismati- **Sæcul. XV.**
cis habebat. Sub idem tempus Sigis- **A.C. 1413.**
mundus Benedictum XIII, ut Synodum
accederet, pari modo admonebat, atque
ad Ferdinandum Arragoniæ Regem mit-
tebat Legatos, qui de mutuo Regem in-
ter & Petrum de Luna agerent collo-
quio, ubi communi consilio de opportu-
nis extinguendi schismatis, & Ecclesiæ
uniendæ mediis conferrent.

§. LXXXIII.

*Epistola Imperatoris ad Galliarum
Regem.*

Idem quoque Imperator non modo aliam **Monach.**
dedit epistolam ad Carolum VI Fran- **S. Dionys.
hifl. Carol.
VI.**
ciæ Regem, sed etiam Legatos suos de-
crevit, qui eidem quam luctuosus esset
Ecclesiæ status, quantave reformationis
necessitas, exponerent, atque illum, ut
vel per se, vel per solemnem legationem
Concilium adire vellet, admonerent, &
adherent, in dicta Synodo simul de Græ-
cis cum Ecclesia latina reconciliandis a-
gendum esse.

§. LXXXIV.

*Concilium a Joanne XXIII. per
Bullam convocatum.*

Joannes XXIII. a Sigismundo stimulatus **Labbe Con-**
die nona Decembris Anno Salutis **eil. tom. 12.**
Z 3 **mille-^{p. II.}**